

XII

197

¶ ea quæ oculis cernimus. Lator aut maiorē in modum quæ
ut erq; nostrum sentiat se nō falli optatis suis. Et tibi habeo
in gētis gratias: quæ me pro singulari tua humanitate atq; ani
mi magnitudine non solum obserues: sed omni uel officij uel
pietatis opera prosequaris. Quare siquid in me est quod tibi
aut usui sit futurum aut uoluptati: id æque in tua potestate
positū esse uolo: atq; ea omnia: quæ iure peculiij duci solent:
περί Δέ τῶν ἀλλῶν προς ημᾶς σύμτενον τῶν Δία
λέξεταί σοι κατὰ χριβέτην ο ὁμος ξένοφρον σύδε
ποίησις κατὰ τὸ σοι εἰώθος ἢ γουμ φίλιος τέ και
πισῶς εὐτυχέι φιλαλήμοι χεφαλή. Vale. Ex Medi
olano nonis Nouembribus. M. cccc. Liii.

Franciscus Philephus: Petro Nucetano: sal.

m E indies magis atq; magis tibi obstringis plurimis
tuis ac maximis beneficijs. Itaq; tantū me tibi debe
re fateor: quantū ab me dissolui posse desperem. Quod au
tē uoluntate possum: id certe ita libenter facio: ut uix aliud
quicquid magis. Quare cū animaduertērim te mea litteraria &
ingenij monumenta delectare cōsueſse: duos codices ad te
dedi: quos a filio Xenophonte corā accipies: ab eodemq;
intelliges: quibus in rebus tuo officio uti uelim. Tu siquid
est: quod mea opera tibi præstari possit: id totū in tua esse
potestate positum existimato. Vale. Ex Mediolano nonis
Nouembribus. M. cccc. Liii.

Franciscus Philephus: Alphonso regi: sal.

q Vo de te magis magisque indies mecū ipse cogito:
eo maiore in te amore obseruantiaq; accēdor. Nā
& ingenio es diuino & morib⁹ supra hominē. Nihil est in
te fucatum: nihil subdolum: nihil non magnificum: non ex
cellsum: non admirandum. Et loqueris omnia sapienter &
agis non grauit̄ minus quæ regie. Quare tū oratio tua om
nis: tum actio quæq; regalis est. Quo fit: ut omnia tibi secū
da sint & fausta. Nam deus ipse qui & curat omnia & diju
dicat: comitatur te semper: atq; pernoctat tecum: tuisq; in
tegerimis cogitatis salutiferisq; operibus delectat⁹: te de
inceps quōtidie latioribus reb⁹ foelicio ribusq; amplificat:
eumq; ostendit humano generi: quem boni & docti omnes